

ordinem servandum rogat non solum in noviter concessis Magisteriis, sed etiam in antiquis, quae pacifice possidet Provincia. Quibus conditionibus a P. Reverendissimo benigne admissis gratia Sanctissimi Domini Nostri, & non aliter (ob incommoda gravia inde absque dubio in pacem Provinciae progignenda) admittitur, ita taliter quod si Pater Reverendissimus has condiciones renuerit acceptare, decernit Diffinitorium ad SSimum recurrendum, enixe rogans ut Breve praedictum nullius sit roboris, efficaciae nullius; Si autem Pater Reverendissimus praedictas approbat condiciones, statuit Diffinitorium Sanctissimum D. N. exorandum, ut dispositio haec sua confirmatione stabilis perseveret simul praecipiens, quod ex duodecim Magisteriis numerabilibus ad partialitatem Provinciae octo pertineant duo ad Hispanensem, & alia, quae supersunt duo ad partialitatem Eitremaduræ. Et subinde dictus filius Fulgentius Travalloni Prior Generalis dicti Ordinis suum pariter Decretum super praemissis edidit tenoris sequentis, nempe: *Magister Fr. Fulgentius Travalloni a Monte Elparo Georginas totius Ordinis Fratrum Eremitarum Sancti P. N. Augustini Prior Generalis.* Inspectis retroscriptis actis capitularibus nostrae Provinciae Boeticae, ac de consilio admodum RR. PP. nobis Assistentium serio, ac diligenter examinatis, primo annuendum, & laudandum censuimus, quod Breve Apostolicum Alexandri fel. rec. Papae VIII. de extensione Magistrorum ad numerum duodenarium sub conditionibus expressis in primo Decreto executioni mandetur. Ita tamen, ut pro singulis locis Magistrorum de numero duodenario, quoties vacaverint, tres ad minus viri doctrina, & statutis conditionibus praediti a pleno Diffinitorio proponantur, & postulentur, ex quibus ad Reverendissimum Patrem Generalem pro tempore existentem aliquem eligere, atque in Magistrum numerarium instituire spectabit, prout meritorum, laborum, & boni Provinciae ratio postulaverit.

Decretum P. Prioris Gen.

Preces PP. Provinciae.

Confirmatio relatorum Decretorum.

Clausula.

§.2. Cum autem sicut eadem expositio subijungebat, ipsi Exponentes Decreta hujusmodi quo firmiter subsistant, & serventur exactius Apostolicae confirmationis nostrae patrocinio communiti summopere desiderent: Nos specialem ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, & eorum singulares personas a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, supplicationibus eorum nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, Decreta praesentia a memoratis Capitulis Provinciali, & Fulgentio Priore Generali edita, ut praefertur, cum omnibus, & singulis in eis respective contentis, auctoritate Apostolica, tenore praesentium confirmamus, & approbamus, illisque inviolabilis Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac omnes, & singulos juris, & facti defectus, si qui desuper quomodolibet intervenierint supplemus.

§.3. Decernentes easdem praesentes literas semper firmas validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, &

pro tempore spectabit in omnibus; & per omnia plenissime frustrari, & ab illis respective inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Provinciae, & Ordinis praedictorum, etiam juramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die II. Febr. MDCXCII., Pontificatus nostri Anno Primo.

XVIII.

Permittitur Moderatio particulae Constitutionum Ord. SS. Trinit. Redempt. Captiv. Discalc. Congreg. Hispaniae de nonnullis ad habitum non recipiendis.

Dat. 1. Martii 1692. An. 1.

Dicta Constitutiones confirmatae fuisse a Clemente X. Const. ed. 1676, Jul. 1. Et a Clem. XI Const. ed. 1719, Decemb. 6, P. 19. confirmatum Decretum circa mutationem habitus Donatorum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EXponi Nobis nuper fecit dilectus filius Petrus a Jesu Procurator Generalis Congregationis Hispaniae Fratrum Discalceatorum Ordinis Sanctissimae Trinitatis Redemptionis Captivorum, quod in Constitutionibus dictae Congregationis a fel. record. Clemente PP. X. Praedecessore nostro per quasdam suas in simili forma Brevis die prima Julii 1676. expeditas literas in forma specifica confirmatis, cap. 42. §. 2. ubi agitur de personis ad habitum per fratres ejusdem Congregationis gestari solitum non admittendis, inter caetera disponitur hoc verborum tenore: *Nec etiam admittantur Neophitis, nec qui descenderit per lineam rectam in quolibet gradu a Judaeis, Haereticis, Mauris, vel Mauris, nec ullus, cujus Praedecessores per lineam etiam rectam, ac in quolibet gradu ob haereticis, vel Judaeis, vel Sectae Mahometanae crimina puniti fuerint ab haeretica pravitatis Inquisitoribus: Quod si aliquis ex dictis in hac Constitutione celans aliquod ex praenarratis impedimentis, professionem fecerit apud Nos, statim ac detegatur tale impedimentum, ejiciatur, quia Religio non praestat suum consensum ad talem professionem. Quapropter omnes in publico coram Communitate monentur ante receptionem habitus, & etiam ante professionem, quod si habent aliquod ex impedimentis in hoc numero enarratis, professio (etiam si fiat) invalida,*

Constitutiones a quo confirmatae, & particulae praedictae.

sub annulo Piscatoris I. Martii MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Primo.

XIX.

Conceditur Collegio S. Antonii Civitatis Cuscan in Indiis Occident. facultas conferendi gradus Scholasticos.

Dat. 1. Martii 1692. An. 1.

De hujusmodi gradibus aliis Universitatibus concessis vide Alex. VIII. Const. ed. 1690, Nov. 7, P. 2., & hujus Pontificis Const. ed. 1694, Apr. 27, P. 3. conceduntur alia Privilegia Collegio Parisiensi Scriptorum.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Æternæ sapientiae consilio ad Ecclesiam Catholicam per universum Terrarum Orbem diffusa regimen, meritis licet imparibus evecti, laudabilibus eorum studiis, per quae Christianissimum, praesertim in remotissimis ab hac Sancta Sede partibus degentium, in doctrina sana Institutioni, atque eruditioni consulitur, peculiarem Pastoralis muneris nostri sollicitudinem, cum a Nobis petitur, & Reges Orthodoxi magnis in Ecclesiam Dei meritis fulgentes vota sua in id dirigunt, libenti animo adhibemus, sicut omnibus mature perpensis conspiciamus in Domino salubriter expedire.

Exordium.

§.1. Nuper siquidem pro parte charissimi in Christo Filii Nostri Caroli Hispaniarum Regis Catholici Nobis per dilectum Filium Nobilem Virum Modernum Ducem de Medinaceli ipsius Caroli Regis apud Nos, & Sedem Apostolicam Oratorem expositum fuit, quod cum in Civitate Cuscan in Indiis Occidentalibus jam inde ab anno 1592. erectum reperitur sub invocatione, seu titulo Sancti Antonii Abbatis unum Collegium, seu Seminarium Ecclesiasticum de jur. patronatus praedicti Caroli Regis existens, quinque Cathedras Regia impensa fundatas habens, tres videlicet Philosophiae, & duas Sacrae Theologiae, quae Collegialibus ipsius Collegii per concursum conferuntur, atque ad idem Collegium Nobiliores illarum Partium Juvenes studiorum causa se conferant; degantque in eo centum plerumque Collegiales, qui praeter bonarum literarum studia, quibus ibidem operam navant, Cathedrali Ecclesiae Cuscan debitis temporibus inserviunt, necnon inde viri, Sacris Missionibus, curae Animarum, ac servitio Ecclesiae valde utiles, & fructuosi prodierint; id vero unum eisdem Collegio deesse videatur, quod ejus Collegiales supra dicti, seu alii illius Scholares studiosis suis laboribus peractis, graduum literariorum primum consequi nequeunt, eo quia Universitas studii Generalis Limana quingentis circiter miliaribus a dicta Civitate Cuscan distat, nec illi in alio Collegio S. Bernardi Cuscan, quod a Clericis Regularibus Societatis Jesu regitur, & in quo caeteroqui examen eorum, qui subinde ad gradus Scholasticos per Episcopum Cuscan promovendi sunt, habetur examini hujusmodi se subijcere valent, propter differentiam Scholarum, quandoquidem Collegiales Collegii Sancti Antonii hujusmodi, quod alias antiquius existit, & prerogativa praecedentiae super Collegium San-

Describitur d. Collegium.

Causa d. Collegii.

Causa moderationis.

Preces Procuratoris Gen.

Permissio moderationis grad.

Clausula.

lida, & nulla est, quamvis pluribus annis in Religione sint.

1. Cum eadem expositio subijungebat, praesentia Constitutio, tempore, quo Congregatio hujusmodi in Hispania dumtaxat reperiebatur facta fuerit, nunc vero cum eadem Congregatio adjuvante Domino per Germaniam, Poloniam, & alias Mundi partes propagetur, experientia compertum sit Constitutionem praedictam extra Hispaniam quoad Descendentes ab haereticis servari non posse: Nos propterea dicti Petri Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino possumus favorabiliter annuere volentes, cumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, enunciatam Constitutionem quoad Descendentes ab haereticis tantum tam quoad admittendos, quam quoad admittendos, tam ad habitum, quam ad Professionem in praefata Religione, auctoritate nostra Apostolica tenore praesentium moderamus; firma tamen remanente ipsa Constitutione quoad Hispaniam, & Lusitaniam, ac salva semper in praemissis auctoritate Congregationis eorundem Cardinalium.

§.2. Decernentes ipsas praesentes literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime frustrari, & ab illis respective inviolabiliter observari: sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & diffiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter, & ignoranter contigerit attentari.

§.3. Non obstantibus praemissis, ac Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus opus sit Congregationis, & Ordinis praedictorum etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes; illis alias in suo robore permanentibus ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.4. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam impressis manu alicujus Notarii publici subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate constitutae munitis, eadem profus fides ubique locorum tam in iudicio, quam extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si forent exhibite, vel ostense.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem

Hh

di

Diffinitorii, & vocalibus Provincie ad Comitiam Provincialia convocatis, talem Alternativam, toto animo acceptare desiderantibus, ita quod in quibilibet Comitibus Provincialibus, seu Capitularibus congressibus, Pars Licienfis habeat in Diffinitorio tres satisfactiones, & etiam tres Pars alia Barenfis tali ordine, & pars Licienfis, tanquam copiosior fratribus, & Conventibus succellive per duas vices habeat Provincialatus officium, ipsum habere incipiendo a proximo imminente Capitulo, cum adscriptione duorum rationalium PP. in Diffinitorio, ideoque in singulos novenos annos Pars Barenfis habeat semel Provinciale cum duobus Diffinitoribus, & alio sexennio Custodes cum Diffinitoribus, binis, in unoquoque triennio: Sic Licienfes per consequens habeant reliqua in Diffinitorio officia. Præterea disponere etiam volumus Guardianatus pro ejusdem Provincie communi pace, & sine offensione Iustitiæ distributiæ, ita quod Patres Barenfes duodecim habeant Guardianas, ne autem summa inæqualitas videatur in Electionibus futurorum Capitulorum, volumus duas alias Guardianas addi Parti Barenfium, ita quod duo alii Guardiani eligantur a Barenfibus ad ipsum satisfactionem, sed eligendi sint natione Licienfes, usque dum Conventus ab ipsis recipiendi ad æqualem numerum pervenerint Conventuum Licienfium. Si vero in futurum, Conventus Barenfes, Licienfium numerum exceperint ad æqualitatem in utramque partem, reductum iri censemus. Quapropter Partem Barenfem duodecim Guardianis consecram præscribemus Geografice, & secundum naturam, per divisionem, vulgo *la Gravina di Castellaneta*, & Provinciam Licienfem a Castellaneta exclusive usque ad Præstitum. Pariformiter, ut radicatus omnis diffentionis fomentum tollatur in receptione Novitorum, quæ indifferenter fieri debet, præcipimus, ut de receptis, & approbatis intra numerum solitum a Sacra Congregatione concedi pro quolibet anno duodecim Juvenes, octo Clerici, quatuor Laici de melioribus respective pro parte Barenfi recipiantur ad habitum, & Professionem; Reliqui vero pro complemento numeri præfixi a Sacra Congregatione ex alia parte tanquam numerosiori vestiantur. Unde consulto Adm. RR. PP. Commissarius Visitator, & Judex, Minister Provincialis, Custos, & PP. omnes Diffinitores, quam Vocales, ad pedes Eminentissimi Protectoris, & R. P. Commissarii Generalis subjicientes unanimi consensu, quo majori favore deprecantium vota prosequi dignentur, pro majoris roboris validitate, apud Sac. Congregationem Cardinalium Decreto obfignari. Et quæ in hoc Decreto præscribuntur ab omnibus in futurum adamussim observentur, sub poena nullitatis Electionum, quæ in contrarium oriri possint. Datum Tarenti in loco nostri Discretorii Conventus S. Antonii tempore Comitiorum Provincialium die 6. Aprilis 1690.

Subscriptio-
nes.

Ego Fr. Thomas a Matera Lector Theologiae Provincie Baren. acceptavi, ut supra.
Ego Fr. Franciscus a Veliis Lector Sacrae Theologiae Provincie Lucienfis acceptavi, ut supra.
Ego Fr. Theodorius a Tarento Lector Sacrae Theologiae Provincie Licienfis acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Cherubinus a Nerito Lector Sacrae Theologiae Provincie Licien. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Scraphinus a Turo Theologus Generalis Guardianus, & Vocalis acceptavi, ut supra Provincie Baren.

Ego Fr. Franciscus Maria Valenzano Theologus Guardianus, & Vocalis acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Franciscus a Gravina Provincie Barenfis Vocalis acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Franciscus a Cellerario Provincie Baren. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Bonaventura a Brisfeto Provincie Barenfis Theologus Guardianus acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Franciscus a Turre Lector Provincie Licienfis acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Antonius ab Alliste Provincie Licienfis Guardianus Vocalis acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Bernardus a Sancto Vito Provincie Licienfis acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Bonaventura a Gallipoli Provincie Licienfis Guardianus acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Antonius a Nucibus Guardianus Provincie Baren. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Bartholomæus a Castellaneta Guardianus Provincie Baren. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Antonius a Crinola Guardianus Provincie Baren. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Angelus a Criptalis Guardianus Provincie Licienfis acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Bonaventura a Castellaneta Guardianus Provincie Barenfis, acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Joseph Maria a Francavilla Guardianus Provincie Licienfis acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Bernardinus a Gravina Guardianus Provincie Baren. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Joannes a Bario Guardianus Provincie Baren. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Joannes a Castellotto Guardianus Provincie Baren. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Franciscus a Leghis Guardianus Provincie Licien. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Antonius a Castro Græcor. Guardianus Provincie Licien. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Nicolaus Guardianus Provincie Baren. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Ludovicus a Mandurio Exdiffinitor, & Guardianus Provincie Licien. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Jacobus ab Altamura Exdiffinitor, & Guardianus Provincie Baren. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Bonaventura ab Altamura Exdiffinitor, & Guardianus Provincie Baren. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Barnardus a Cequolis Exdiffinitor Provincie Licien. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Angelus a Solero Exdiffinitor Provincie Licien. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Joannes a Turo Guardianus Barenfis acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Antonius a Brundusio Diffinitor actualis Provincie Licien. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Antonius a Malleis Diffinitor actualis Provincie Licien. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Bonaventura a Francavilla Diffinitor

tor actualis Provincie Licien. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Antonius a Jonia Diffinitor actualis Provincie Licien. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Honuphrius Custos actualis Provincie Licien. acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Franciscus a Cannato Minister Provincialis Provincie Baren acceptavi, ut supra.

Ego Fr. Joannes ab Aquila Commissarius Visitator.

§.1. Et subinde dilectus etiam filius Carolus Franciscus de Varese tunc temporis Commissarius Generalis dicti Ordinis Decretum præinfectum confirmavit, ac observari mandavit per sum pariter Decretum tenoris sequentis nempe: Decretum confirmationis. Ex debito pastoralis officii paci, & tranquillitati nostræ Reformatae Provincie S. Nicolai Barenfis consulentes. Alternativam in retroscripto Instrumento descriptam, & in pleno Capitulo celebrato Tarenti die 6. Aprilis 1690. examinatam, propriis subscriptionibus firmatam, & acceptatam a Patribus Vocalibus unanimi consensu, & communi omnium lætitia, in executione ponendam, stabilendam, atque in perpetuum legendam esse judicamus inter Patres, seu Religiosos Partium, Nationum, seu Provinciarum Barenfis scilicet, & Licienfis, ideo tenore præsentium præfatam Alternativam, prout in dicto Instrumento jacet extensam præfirmamus, stabilimus, & confirmamus tanquam rationabilem, atque secundum Iustitiæ distributiæ præscriptum, majorique pacis ac tranquillitatis augmento accommodatam, nec non fixam, approbatam, & confirmatam conditione, ferie, & ordine superior expresso volumus haberi ab omnibus ejusdem Provincie, tam Superioribus, quam Subditis præcipientes in virtute S. Obedientiæ, & sub poenis contra inobedientes, & rebelles a legibus taxatis, & in omnibus Capitulis, Congregationibus, & Congressibus in posterum faciendis, quæ in ea præscripta sunt omnes inviolabiliter observent, nec contra præfata aliquid attentare præsumant sub poena excommunicationis ipso facto incurrenda. Datum ex nostro Aracalitano Conventu de Urbe hac die 26. Aprilis 1690. Fr. Carolus Franciscus de Varese Commissarius Generalis - De Mandato S. P. Reverendissimi - Fr. Innocentius de Criptis Secretarius.

Decretum
Commissarii Gen.

§.2. Ac demum Ven. Frater noster Alderanus Episcopus Ostien. S. R. E. Cardinalis Cybo nuncupatus dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protector suum quoque Decretum super præmissis edidit tenoris, qui sequitur, videlicet: Alderanus miseratione Divina Episcopus Ostien. S. R. E. Cardinalis Cybo Sacri Collegii Decanus, ac totius Ordinis S. Francisci apud S. Sedem Protector. Cum retroscriptæ conventiones, & pacta pro concilianda, & stabilenda Religiosorum pace, & quiete in Provincia Reformata S. Nicolai de consensu totius Capituli Provincialis decreta fuerint, nec non per Commissarium Generalem approbata, & confirmata: Nos hujusmodi pacem, tranquillitatemque summo cupientes prænaratas conventiones, Decreta, pacta, Alternativam auctoritate qua fungimur Protectoris confirmamus, & approbamus, non solum præmissis, sed etiam meliori modo. Præ-

Decretum
Card. Protec-
toris.

cipientes omnibus, & singulis Superioribus, & Subditis præfate Provincie, & quibuscumque aliis distincte in virtute S. Obedientiæ, ne in posterum quovis prætextu, aut quæsito colore directe, vel indirecte contra prædictum concordatum, & alternativam aliquid innovare, aut attentare præsumant, sed prout jacent eam servant, & executioni mandent, nedum sub poenis in Decreto Commissarii Generalis, sed nullitate omnium, actuum, alisque arbitrio nostro, & pro tempore existentis Protectoris infligendis. Non obstantibus &c. Datum Romæ hac die 16. Martii 1690. A. Cardinalis Cybo Protector.

Preces Mini-
stri Provin-
cialis.

§.3. Cum autem sicut eadem expositio subiungebat, dictus Minister Provincialis Decreta hujusmodi, quo firmius subsistant, & servantur exactius, Apostolica confirmationis nostræ patrocinio communiri summopere desideret: Nos specialem ipsi Ministro Provinciali gratiam facere volentes, eumque a quibuscumque excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a Jure, vel ab homine quavis occasione, vel causâ, si quibus quomodolibet innodatus existat ad effectum præsentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præpositorum consilio, & attentis dicti Alderani Episcopi Cardinalis, & Protectoris, ac dilecti pariter filii moderni Commissarii Generalis Ordinis hujusmodi relationibus ad eisdem Cardinales transmissis, Decreta præinfecta a memoratis Capitulo Provinciali, ac Carolo Francisco tunc Commissario Generali, & Alderano Episcopo, Carolo & Protectore edita, ut præfertur, cum omnibus, & singulis in eis respective contentis auctoritate Apostolica tenore præsentium confirmamus, & approbamus, illique inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus, salva tamen in præmissis auctoritate Congregationis eorumdem Cardinalium.

Confirmatio
relatoris Dec-
retorum.

§.4. Decernentes easdem præfatas literas semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respective inviolabiliter observari: si quibus per quoscumque Judices ordinarios, & Delegatos etiam causarum Palatii Apostolici Auditores judicari, & desiniri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

Clausula.

§.5. Non obstantibus Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Provincie, & Ordinis prædictorum, etiam Juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegiis quoque indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permanentibus hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Da-

Et Bernardi supradictum fruitur, a primava in-
stitutione in eorum primo ingressu ad sequen-
dam doctrinam S. Thomae Aquinatis juramento
se adstringunt, illique incumbunt; ipse Carolus
Rex plurimum cupit eisdem Collegialibus, seu
aliis Scholaribus Collegii S. Antonii hujusmodi a
Nobis indulgeri, ut absolutis studiis, & previo
examine per Cathedralicos Conventus S. Domi-
nici dictae Civitatis Cusuan Ord. Fratrum Prae-
dicatorum, attentam doctrinam consensione, fa-
ciendo Baccalaureatus, Licentiaura, Magiste-
rii, & doctoratus in Philosophia, & Sacra Theo-
logia gradus a pro tempore existente Episcopo
Cusuan. Ecclesiae vero Cusuan. Sede Episcopali
vacante a Capitulo illius Ecclesiae in Conventu
supradicto suscipere valeant. Nobis propterea
memorati Caroli Regis nomine humiliter suppli-
catum fuit, ut in praemissis opportune providere,
& ut infra indulgere de benignitate Apostolica
dignaremur.

Permissio praedicta.

2. Nos igitur piis ejusdem Caroli Regis vo-
tis hac in re, quantum cum Domino possumus
favorabiliter annuere volentes, hujusmodi sup-
plicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum
Nostrorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & con-
sultationibus Episcoporum, & Regularium praepo-
situm consilio Episcopo Cusuan., sive ejus
Vicario in Spiritualibus Generali, cum vero Ec-
clesiam Cusuan. vacare contigerit, Vicario Ca-
pitulari Ecclesiae hujusmodi illius Sede Episcopali
vacante legitime deputato respectivo pro tem-
pore existentibus, donec, & quousque publica
Universitas in dicta Civitate Cusuan. erigatur,
illos ex Collegialibus, seu aliis Scholaribus Col-
legii S. Antonii supradicti, qui peracto studio-
rum curriculo, ac previo examine non modo ab
ipsum Collegii S. Antonii, sed etiam memorati
Conventus S. Dominici Cathedralici faciendo,
habiles, & idonei reperti fuerint, Baccalaurea-
tus, Licentiaura, ac Doctoratus, & Magisterii
in Philosophia, & Sacra Theologia hujusmodi
gradus, servata tamen in omnibus, & per omnia
forma Decretorum Viennen., & Tridentini Con-
ciliorum, quibus in aliquo derogare non inten-
dimus, auctoritate nostra Apostolica conferendi
facultatem, eadem auctoritate tenore praesen-
tium concedimus, & impartimur. Locum vero, in
quo graduum hujusmodi collatio facienda erit,
Episcopi, & Vicarii Capitularis praefatorum ar-
bitrio respectivo remittimus, salva tamen
semper in praemissis auctoritate Congregationis
memoratorum Cardinalium.

Locus conferendi gradus.

Clausula.

3. Decernentes ipsas praesentes literas fir-
mas, validas, & efficaces existere, & fore, suos-
que plenarios, & integros effectus sortiri, & ob-
tinere, ac illis ad quos spectat, & pro tempo-
re spectabit in omnibus, & per omnia plenissime
suffragari: sicque in praemissis per quoscumque
Judices Ordinarios, & delegatos, etiam Causa-
rum Palatii Apostolici Auditores, judicari, &
diffiniri debere; ac irritum, & inane, si secus
super his a quoquam quavis auctoritate scienter,
vel ignoranter contigerit attentari.

4. Non obstantibus Constitutionibus, &
ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis, etiam
Juramento, confirmatione Apostolica, vel qua-
vis firmitate alia roboratis statutis, & consuetu-
dinibus, privilegiis quoque, & consuetu-
dinibus, privilegiis quoque, & consuetu-
dinibus, quibusvis personis in contrarium
praemissorum quomodolibet concessis, confir-

mat, & innovatis. Quibus omnibus, & singu-
lis illorum tenores, formas, & occasionis praesentibus
pro plene, & sufficienter expressis, &
insertis habentes, illis alias in suo robore perman-
suris, ad praemissorum effectum hac vice
dumtaxat specialiter, & expresse derogamus,
ceterisque contrariis quibuscumque.

5. Volumus autem, ut earundem praesentium
Literarum transumptis, seu exemplis,
etiam impressis, manu alicujus Notarii publici
subscriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica di-
gnitate constitutae munitis, eadem prorsus fides
in Judicio, & extra illud habeatur, quae ipsis praesentibus
haberetur, si forent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem
sub Annulo Pisc. die I. Martii MDCXCII. Pon-
tificatus nostri Anno Primo.

X X.

Confirmatur Decretum Congreg. particularis
in causa nonnullarum Provinciae Ordinis
Carthusien.

Dat. 11. Apr.
1692. An. 1.

Innoc. XI. Const. ed. 1682, Sept. 11, P. 3. extat qua-
dam declaratio Congr. Rituum circa Processionem.
Et hujus Pontif. Const. ed. 1692, Nov. 4, P. 2. alia
circa prohibitionem egressus ab Eremito.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Alias in Causa inter dilectos filios Procura-
torem Generalem Ordinis Carthusien. ex
una, & Fratres Laicos, seu Conversos duarum
Provinciae Hispaniarum d. Ordinis ex altera
partibus vertente emanavit a particulari Con-
gregatione nonnullorum ex tunc existentium
S.R.E. Cardinalium a fel. rec. Alex. PP. VIII.
praedecessore nostro specialiter deputata Decre-
ti tenoris qui sequitur videlicet: In Causa vertente
inter Patrem Procuratorem Generalem Or-
dinis Carthusianorum ex una, & Laicos duarum
Provinciae Hispaniarum ejusdem Ord. parti-
bus ex altera, Congregatio nonnullorum Emi-
nentissimorum, & Rmorum S.R.E. Cardinalium
per SSimum Dnum Nostrum specialiter deputa-
ta, partibus ipsis informantibus referente Eno-
de Laurea, infra scriptum in modum respondend-
um censuit, nempe. Ad primum, quoad habi-
tum Donatorum, & praecipue quoad capitulum
in duabus Provinciis Hispaniarum servandam
esse consuetudinem. Ad secundum, Conversis
non competere Votum in Capitulis Conventua-
libus. Ad Tertium, Circa receptionem Conver-
sorum servandas esse Constitutiones Ord. par. 3.
cap. 1. n. 16. Ad quartum, Quoad praesentiam
Donatorum in Capitulis culparum, & quoad in-
terventum Donatorum infimul, & Converso-
rum in Ecclesiis, & Refectoriis itidem servandas
esse Constitutiones Ordinis. Ad quintum, Spa-
tia, menta Monachorum, non competere Con-
versis, causamque praedictam non esse amplius
proponendam. Romae 29. Martii 1690. G. Cardi-
nalis Carpineus. A. Altovitus Secretarius.

Decretum
praedictum.

1. Cum autem sicut dictus Procurator Ge-
neralis Nobis nuper exponi fecit, ipse Decretum
hujusmodi, quo firmius subsistat, & servetur
exactius, Apostolica confirmationis nostrae pa-

Preces Procu-
ratoris Gen.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exponi nobis nuper fecit dilectus filius mo-
derna minister Provincialis Provinciae
S. Nicolai Ordinis Fratrum Minorum S. Fran-
cisci de Observantia Reformatorem uncupato-
rum, quod alias dilectus pariter filius Joannes
ab Aquila Frater expresse professus dicti Ordinis,
cum in eadem Provincia, quae in duas partes,
videlicet Baren. & Licien. divisa reperitur, mu-
nere Commissarii Visitatoris fungeretur, dissen-
siones componere, & inconvenientibus, quae
inter Fratres Provinciae hujusmodi Capitula-
rium, aliarumque similibus electionum occasio-
ne oriebantur, occurrere cupiens, pro com-
muni ipsius Provinciae beneficio, & quiete, con-
cordiam quandam, seu Alternativam ab om-
nibus dictae Provinciae vocalibus legitime ad id
Congregatis firmari, & acceptari, ac unanimi
omnium consensu subscribi curavit per Decre-
tum Capituli Provincialis in Conventu Taren-
tin. Sancti Antonii die 6. Aprilis 1690. desuper
emanatum tenoris, qui sequitur, videlicet: De-
cretum Provinciale. Cum toti huic Provinciae
Strict. Observantiae S. Nicolai universalis rumor
acceperit paci consulenda, pietati firmandae,
jurgis, dissidiisque totam Provinciam vaganti-
bus. Quippe plausu, & omnium Religiosorum,
consensu desiderare non destitit, ut Provincia
aqua iustitia gubernetur, & partium causa ad
Tribunal Eminentissimi Domini nostri Alderani
Cybo vigilantis Protectoris, atque Reverendissi-
mi Patris nostri Caroli Francisci de Varesio di-
gnissimi Commissarii Generalis devolvenda scri-
minio deliberaretur, ut in posterum dissidia ce-
derent, & Baren. Religiosorum Pars. atque Li-
cien. invicem ne altercari audeat magno sacu-
larium scandalo, Strict. Observantiae detrimento,
ideo Adm. R. P. Joannes ab Aquila in hac Divi
Nicolai Provincia actualis Commissarius Visita-
tor auditis omnium utriusque partis vocibus, &
toto animo stabilimentum communi paci inve-
stigans, ipsemet non alio desiderio ardens, nisi
jurgia abolere, nisi pacem firmare, nisi iustitiae
consulere, tandem certiores redditus Eminentissi-
mus Protector, & Reverendissimus Pater Com-
missarius Generalis praefati, eidem Commissa-
rio Visitatori Decreto transcripsit, ut videre est
in calce. = Nos Fr. Carolus Franciscus de Varesio
& c. & sub sine omnes adamussum observent.
Cum voto Eminentissimi Domini nostri Protec-
toris ipse Pater Commissarius Generalis magna
cum prudentia, & iustitia ad officia ipsius Pro-
vinciae obeunda Alternativam transmisit, omni
iustitiae consonam praecipiendo in virtute S. Obe-
dientiae, & sub poenis contra inobedientes, & re-
belles a legibus taxatis. Inde P. Commissarius
Visitator perpensis mature omnium desideris,
decretum R. P. Commissarii Generalis publicat,
& ejus mentem in hoc nostro Provinciali decre-
to firmare decernit, quam videre est in originali
decreto citato, ut supra: Alternativam (sic
ajens) Provincialatus ejusdem Provinciae po-
nendam, stabilendam, atque in perpetuum si-
gendam esse judicamus inter Patres, seu Reli-
giosos Partium, Nationum, seu Provinciae,
Baren. & Licien. Vnde Adm. RR. PP. Com-
missarii, & Judex Ministri Provincialis cum PP.

Instituto al-
ternativae.

Decretum
Provinciale.

trocinio communiti plurimum desideret. Nos
specialem ipsi Procuratori Generali gratiam fa-
cere volentes, eumque a quibusvis excommuni-
cationis suspensionis, & interdicti, aliisque Ec-
clesiasticis sententiis, Censuris, & poenis a jure,
vel ab homine quavis occasione, vel causa latis,
si quibus quomodolibet innodatus existit ad effe-
ctum praesentium dumtaxat consequendum har-
um serie absolventes, & absolutum fore cen-
sentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super
hoc humiliter porrectis inclinati, Decretum
praesentem, ac omnia, & singula, in eo con-
tenta, & expressa auctoritate Apostolica tenore
praesentium approbamus, & confirmamus, illi-
que inviolabilis Apostolica firmitatis robor adji-
cimus, ac omnes, & singulos juris, & facti de-
fectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint
supplemus.

Confirmatio
Islati Decreti

Clausula.

2. Decernentes easdem praesentes literas
semper firmas, validas, & efficaces existere, &
fore, suosque plenarios, & integros effectus sorti-
ri, & obtinere, ac illis ad quos spectat, & pro
tempore quodcumque spectabit, in omnibus,
& per omnia plenissime suffragari, & ab eis re-
spective inviolabiliter observari: sicque in praemi-
ssis per quoscumque Judices Ordinarios, &
Delegatos, etiam Causarum Palatii Apostolici
Auditores, judicari, & diffiniri debere; ac irri-
tum, & inane si secus super his a quoquam quavis
auctoritate scienter, vel ignoranter conti-
gerit attentari.

3. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ordinationibus Apostolicis, necnon quatenus
opus sit dicti Ordinis, etiam Juramento, con-
firmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia
roboratis statutis, & consuetudinibus; privile-
giis quoque, Indultis, & Literis Apostolicis in-
contrarium praemissorum quomodolibet concessis,
confirmatis, & innovatis. Quibus omni-
bus, & singulis, illorum tenores, praesentibus
pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum
insertis habentes, illis alias in suo robore perman-
suris, ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat
specialiter, & expresse derogamus, ceterisque
contrariis quibuscumque.

4. Volumus autem, ut earundem praesentium
literarum transumptis, seu exemplis, etiam
impressis manu alicujus Notarii publici subscrip-
tis, & sigillo personae in Ecclesiastica dignitate
constitutae munitis, eadem prorsus fides ubique
locorum tam in Judicio, quam extra illud ha-
beatur, quae ipsis praesentibus haberetur, si fo-
rent exhibitae, vel ostensa.

Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo
Pisc. die XI. Aprilis MDCXCII. Pontificatus
nostri Primo.

XXI.

Confirmantur Decreta circa alternativam inter
Fratres Minores S. Francisci de Observ. Reform-
atorum Provinciae S. Nicolai.

Dat. 17. Msi
1692. An. 1.

Extant alia alternativae Inn. XI. Const. ed. 1688,
Jan. 3, Pont. 12. in electione Commissarii. Et
pro Provinciae Januensis, hujus Pontif. Const. ed.
Jan. 7, P. 5.

Preces Procu-
ratoris Gen.

Datum Romae apud S. Mariam Majorem, sub annulo Piscatoris die XVII. Maii MDCXCII. Pontificatus nostri Anno Primo.

XXII.

Conceditur Ministro Generali Tertii Ordinis Sancti Francisci facultas conferendi Doctoratus Lauream suis Religiosis.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad futuram rei memoriam.

Causa hujus Constitutionis

Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Joannes Locatus a Bergamo Prior Generalis Fratrum Tertii Ordinis Sancti Francisci, quod cum ex praescripto Constitutionum dicti Ordinis praesertim illarum, quae a fel. rec. Innocentio PP. X. praedecessore nostro per quasdam suas in simili forma Brevis die 6. Novembris 1648. emanatas literas in forma specifica confirmatae fuerunt, illi qui ex Ordine hujusmodi Doctoratus, seu Magisterii lauream susceperunt, debeant prius Philosophiam per triennium legere, & deinde onere Sacram Theologiam per quadriennium legendi indispensabiliter suscepto, literas patentes a Ministro Generali pro tempore existente Ordinis praefati obtinere, quantum subinde vigore in aliqua publica studii generalis Universitate se praesentantes, laurea hujusmodi decorantur, non pauci circa praemissa abusus irrepererunt, multi siquidem adepta laurea hujusmodi quadriennem ejusmodi Sacrae Theologiae lectionem negligunt, alii vero etiam ipsa triennali Philosophiae lectione eo quod, aut labores reformident, aut se se ad id inhabiles agnoscant, penitus, vel in parte omissa, literas patentes supradictas praepotenti Patronorum interposita opera, & auctoritate, de manibus dicti Ministri Generalis extorqueant, & inde in publicis studiorum generalium universitatibus, ubi nonnumquam magis lucrum, quam virtutis meritum respicitur, Doctoris, seu Magistri titulo decorantur, sicque privilegii alias, non nisi vere Magistris, seu Doctoribus competentibus gaudent, in maximam studiorum iacturam, & aliorum antiquorum Sacerdotum dicti Ordinis praedecessoris, ac non sine evidenti religiose paupertatis detrimento; quandoquidem isti sic laureandi notabiles pecuniarum summas in Ordine supradicto colligunt, illasque sic collectas foris expendunt, & distrahunt.

Præter Ministri & Procuratoris Gen.

§.1. Cum autem sicut eadem expositio subijungebat dictus Joannes Procurator Generalis abusus hujusmodi tolli, viamque illis in posterum praeccludi plurimum desideret, Nobis propterea idem Joannes Prior Generalis etiam nomine dilecti filii Jacobi Guidotti a Bononia Ministri Generalis ejusdem Ordinis humiliter supplicari fecit, ut in praemissis opportune providere, & ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur. §.2. Nos igitur eiusdem Joannis Procuratoris Generalis votis hac in re quantum cum Domino postumus favorabiliter annuere volentes, eumque a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & Interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis a iure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si

quibus quo nodolibet in inno datus existit ad effectum praesentium dumtaxat consequendum harum serie ab solventes, & absolutum fore censentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium praepositorum consilio, & attenta relatione Venerabilis Fratris nostri Alderani Episcopi Ostien. S. R. E. Cardinali Cybo nuncupati dicti Ordinis apud Nos, & Sedem Apostolicam Protectoris praefatis Cardinalibus qui etiam dictum Jacobum Ministrum Generalem audiverunt, facta, eidem Jacobo, & pro tempore existenti Ministro Generali Ordinis hujusmodi facultatem private quoad omnes alios conferendi doctoratus, seu Magisterii lauream fratribus in dicto Ordine professis, qui antea Philosophiam per tres, & super omnibus libris sententiarum Sacram Theologiam per alios quatuor annos laudabiliter legerint, & docuerint, ac duabus saltem publicis Conclusionibus praefecerint, & subinde ab eodem Ministro Generali, Procuratore Generali, vel isto absente ab uno per eum deputando, qui praeditus sit qualitatibus in ceteris examinationibus, ut infra requisitis, necnon tribus aliis ejusdem Ordinis in eadem Sacra Theologia versatioribus, quique per septennium, laudabiliter legerint in Capitulis Generalibus, vel Provincialibus dumtaxat, & non alibi examinari, & ab aliis, vel saltem a quatuor eorum per secreta, & reiterata vota, tanquam idonei, & laurea digni approbati fuerint, itaut si secus aliqua in parte fieri contigerit, Minister Generalis privationis vocis activae, & passivae, ac officiorum si quae habuerint, & laureati nullitatis collatae laurae poenas respectively ipso facto incurrant, auctoritate Apostolica tenore praesentium concedimus, & indulgemus, salva tamen semper in praemissis auctoritate Congregationis praedictorum Cardinalium.

Claufula.

§.3. Decernentes eandem praesentes literas; semper firmas, validas, & efficaces existere, & fore, suosque plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad quos spectat, & pro tempore quodcumque spectabit in omnibus, & per omnia plenissime suffragari, & ab illis respectively inviolabiliter observari: Sicque in praemissis per quoscumque Judices Ordinarios, & Delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, judicari, & definiri debere; ac irritum, & inane, si secus super his a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.4. Non obstantibus praemissis, Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, necnon dicti Ordinis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus; privilegii quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permanentis, ad praemissorum effectum, hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earumdem praesentium literarum transumptis, seu exemplis, etiam

Cessio praedictae facultatis sub certis conditionibus

Dat. 21. Maji 1691. An. 1.

Confirmantur, innovantur, ampliantur, & moderantur plurimae Constitutiones de non concedenda homicidis redeundi facultate absque Rom. Pontificis mandato.

Prædictae Constitutiones sunt Pii II. Const. ed. 1451, Febr. 28, P. 4. Sixti IV. Const. ed. 1484, Apr. 1, P. 9. Clem. VII. Const. ed. 1524, Jun. 12, P. 1. Pii IV. Const. ed. 1561, Jan. 5, P. 2. Et Pii V. Const. ed. 1566, Jul. 5, P. 1. Ad evitanda homicidia non parum conducit Alex. VIII. Const. ed. 1690, Aug. 13, P. 1. de delatione armorum.

INNOCENTIUS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Exordium a necessitate hujus Constitutionis petunt.

Viros sanguinum, & dolosos, qui in humana sevitia, & ire, seu vindictae furore succenssi, nedum corporibus mortem dare, sed non raro etiam Salvatoris nostri Iesu Christi pretiosissimo Sanguine redemptis animabus, si non sint armis Spiritualibus Divina praesentente gratia praemunitae, aeternam perditionem procurare non perhorrescunt, cum Domino abominantes, nostrorumque, & Sanctae Sedis, etiam in temporalibus immediate, & mediate Subditorum tranquillitati, & paci, ac eorumdem, & Ministrorum iustitiae majori securitati, ejusdemque iustitiae liberiori exercitio, quantum Nobis ex alto conceditur, consulere cupientes inter alias Apostolicae sollicitudinis curas, quibus incessanter urgemur, in illam praecipue incumbimus, ut perditos nequitiae filios, quia quorumcumque homicidiis, & a Receptorum, & Ministrorum iustitiae, necnon querelantium, & Testium offensionibus virtutis amore abstinere detrectant, formidine saltem poenae, & quidem irreversibilis retrahamus: cumque ex spe remissionis, compositionis, gratiose rebannitionis, cassationis processus, seu banni, aut alterius gratiae assequenda delictorum hujusmodi facilitatem, & frequentiam etiam praecedere, experientia rerum magistra docuerit, ut hanc quoque detestabilem, & perniciosam spem magis, magisque adimamus, & recidamus, ac delicta hujusmodi quantum fieri potest, arceamus, ea quae a praedecessoribus nostris Romanis Pontificibus de super statuta, & provide ordinata fuisse comperimus, ut eo majorem obtineant firmitatem, quo sapius fuerint Apostolico praesidio communita, nostrae confirmationis patrocinio roboramus, eaque de novo statuimus, seu alias ampliamus, immutamus, & in honorem eximiae S. R. E. Cardinalium de Latere Legatorum dignitatis respectively moderamus, prout rationabiles causas per-

suadent, & in Domino conspicimus salubriter expedire.

1. Alias siquidem fel. rec. Pius PP. II. praedecessor noster, ad cuius audientiam pervenerat, quod in terris, locis, & Tenimentis tunc sibi, & Romanae Ecclesiae mediate, & immediate subiectis quamplurima, etiam ex levibus causis commissa esse reperiebantur homicidia, idcirco tunc suos, & Ecclesiae Romanae praedictae mediate, & immediate subiectos pacificos fore, & modestos, ac loca praedicta scariis, homicidis, & malefactoribus expurgare desiderans, inter cetera statuit, & decrevit, quod omnes illi, qui pro delicto homicidii fuissent condemnati, seu alias de Civitate aliqua, & districtu illius Banniti non possent ad Civitatem, seu districtum hujusmodi quocumque tempore redire, seu in eis, vel eorum altero moram trahere, etiam habita pace ab haeredibus, vel consanguineis, seu filijs ipsius occisi, nec Legatus, etiam de Latere, aut Gubernator, qui pro tempore fuisset, vel quivis alius posset auctoritate Apostolica, seu ex officio suae legationis aliquem homicidam sic exbannitum rebannire, reducere, seu revocare ad Civitatem, seu districtum, aut eorum alterum, seu ei licentiam, vel salvum conductum concedere redeundi, seu morandi in eis, vel eorum, altero in perpetuum, vel ad tempus modicum, sive magnum, nec etiam per diem unum, sive noctem. Quod si secus per quemquam ex praedictis factum fuisset, incideret in poenam excommunicationis ipso facto sine ulteriori Sententia declarationis, a qua per alium quam per Summum Pontificem, & tunc facta de hoc speciali expressione, non posset absolvi, ac reductio, licentia, revocatio, salvus conductus, & cessatio processus, & banni hujusmodi essent ipso iure nulla, nulliusque roboris, & momenti, adiectis alijs poenis, inhabilitationibus, censuris, & Decretis, & alias prout in ejusdem Pii, anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo sexagesimo primo quinto Kal. Februarii Pontificatus sui Anno quarto expeditis literis plenius continetur.

A Pio II. adde- ra fuit omni- bus facultas revocandi bannitos homicidas.

§.2. Et successive rec. mem. Sixtus PP. IV. similiter praedecessor noster accepto per eum, quod contenta in Literis Pii praedecessoris hujusmodi a certis temporibus tunc elapsis non fuerant observata, & ex illorum non observantia subditi praedictae Ecclesiae procliviores erant ad homicidia committenda, jamque fere passim homicidia quotidie perpetrabantur, & homicidiae praefati ideo ad illa committenda promptiores existebant, quia sperabant latere, & suorum excessuum remissionem consequi facile posse, ac detestabilem, & horrendam talium scariorum nequitiam ad aliorum cautelam opportunis juris remedijs prosequi studio cupiens indefesso, habita super his cum Fratribus suis praedictae Ecclesiae Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum consilio per suas Anno Incarnationis Dominicae millesimo quadringentesimo octogesimo quarto Kalendis Aprilis Pontificatus sui Anno nono expeditas literas, statuta, & decreta Pii praedecessoris hujusmodi, & prout illa concernebant omnia, & singula in dictis Literis ejusdem Pii praedecessoris contenta, Apostolica auctoritate approbavit, & robur perpetuae firmitatis obtinere debere decrevit, ac voluit, & praefata auctoritate de eorumdem Fratrum consilio statuit, & or-

A Sixto IV. confirmata, fuit praed. Pii Constitutio, etiam quoad distantiam ro miliarium.

& ordinavit, quod condemnati eatenus, & quos in posterum condemnari contigisset ubilibet in Civitatibus, terris, & locis Romanae Ecclesiae mediate, & immediate subiectis pro homicidio sive ut principales, sive ut consilium, auxilium, & favorem praestantes, suarum condemnationum remissionem, aut contra illas saluum conductum, & licentiam secure in loco patrati criminis, vel ei infra quinquaginta milliaria, ut praesertur, propinquo nullatenus obtinere possent ab alio, quam a Romano Pontifice, qui pro tempore esset, & alicujus alterius etiam Legati de Latere remissio nemini suffragaretur. Et si forsitan contingeret, eundem Romanum Pontificem ad remissionem, seu saluum conductum hujusmodi procedere, talis remissio per praecipuum processum conferretur, & nemini prodesse possit, nisi in illa vere eorundem Literarum Sixti praedecessoris hujusmodi tenor de verbo ad verbum, non autem per clausulas idem importantes, insertus foret, ac specifica, & determinata causa exprimeretur, quae eundem Romanum Pontificem induceret ad derogandum iisdem literis Sixti praedecessoris, quae cum tam matura deliberatione ab eodem Sixto praedecessore emanaverant.

A Clem. VII. confirmata ac innovata fuerunt Pii II. & Sixti IV. Constitutiones, necnon ampliatas ad omnem durationem.

§.3. Deinde pia mem. Clemens Papa VII., etiam praedecessor noster facti notorietate edoctus, plures Urbis, Civitatum, Terrarum, Castrorum, Tenimentorum, partium, & locorum tunc sibi, & dicte Romanae Ecclesiae mediate, & immediate subiectorum contra eorundem, & aliorum praedecessorum Literas elata cervicibus devenire, ac censuras, & poenas in illis contentas sensu reprobo parvi pendere non vereri, sceleratorum insolentis salubriter reprimendis intendens, & criminoforum temeritatem ultrice Justitia cohibere, ne Literae praedictae, quae provida deliberatione ab ipsis praedecessoribus emanaverant contemptibiles redderentur, sed excessum perpetratores debita animadversione punirentur opportunis remediis providere volens, inter caetera Motu proprio singulas praefatorum, & aliorum praedecessorum inibi relatas Literas cum omnibus, & singulis in eis contentis pari auctoritate approbavit, & innovavit, & per singulos, quos Literae ipsae concernebant sub censuris, & poenis in eis contentis, quas contravenientes eo ipso incurrerent, perpetuo inviolabiliter observari decrevit; illasque etiam ad hoc, ut homicidae, Sicarii, exititii, criminofosi, rebelles, alique infames propter homicidia, & alia nefanda per eos perpetrata excessus, crimina, & delicta in Civitatibus, Terris, Castris, vel locis eorum, seu in quibus tunc morabantur banniti, & condemnati, etiam habita pace ab haeredibus, Filiis, seu Consanguineis occisorum, aut partium laesarum, non solum a locis circumvicinis usque ad quinquaginta milliaria, sed etiam ab omnibus, & singulis Civitatibus, Terris, Castris, locis, & partibus tunc sibi, & dicte Romanae Ecclesiae quomodolibet mediate, vel immediate subiectis, banniti, & exules essent, & esse censerentur, nec in illis, seu eorum aliquo, etiam praetextu cujusvis licentiae, salvi conductus, remissionis, reductionis, revocationis, vel alterius gratiae per eos desuper quomodolibet pro tempore obtenta, moram trahere possent, & si in eis resedissent, vel reperti fuissent, capi, detineri, & incarcerari, ac iuxta

crimini, & excessum per eos perpetratorum qualitatem, & Literarum Praedecessoris hujusmodi tenorem sub poenis in iisdem Literis contentis per Officiales Civitatis, Terrae, Castris, vel loci, in qua, vel in quo deprehensi fuissent, debitis poenis plecti, seu inde educi, & ad forum, seu Officiales, ad quos criminum, & excessum eorumdem puniatio, de jure, vel consuetudine pertinebat, remitti deberent, extendit, & ampliat. Et nihilominus omnia, & singula; prout per Pium, Sixtum, & alios praedecessores praedictos statuta, ordinata, inhibita, decreta, & ordinata fuerant, itaut Duces, Barones, Marchiones, Comites, Domini temporales, Vicarii, Feudatarii, Capitanei, Magnates, Principes, Communitates, Cives, Officiales, & personae, ac alii, quos ipse Clementis, & aliorum praedecessorum praefatorum Literae concernerent, ac ipsorum singuli Literas, & in eis contenta hujusmodi non observantes, & illis quomodolibet directe, vel indirecte contravenientes, & eis adherentes, eorumque fautores, & complices, singulas censuras, & poenas praedictas eo ipso absque alia declaratione incurrerent, & incurrere censerentur de novo: Et ne facilitas veniae incentivum praebet delinquenti, quibusvis dicte Sedis Legatis etiam de Latere, ac Nunciis, & Provincialium Rectores, necnon tunc suis, & dicte Romanae Ecclesiae Vicariis in temporalibus pro tempore existentibus, & praefatis communitatibus omnem super absolutionibus homicidiorum hujusmodi per eundem Clementem, ejusque Successores Romanos Pontifices, ac Sedem eandem sub quavis forma, & verborum expressione concessam, approbatam, & innovatam auctoritatem, & facultatem revocavit, cassavit, irritavit, & annullavit, & si quando similes absolutiones per eundem Clementem, ejusque Successores Romanos Pontifices, ac Sedem praefatam concedi contigisset, illas per Judices, & officiales, ad quos pertinerent, nisi trine Literae Apostolicae sub intervallo unius mensis pro singulis Literis hujusmodi cum expressa derogatione eorundem ipsius Clementis praedecessoris Literarum desuper emanassent, nullatenus admitti, vel observari voluit, & alias prout in eisdem Clementis Literis Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo vigesimoquarto, Pridae Idus Junii Pontificatus sui Anno primo desuper expeditis uberius continetur.

§.4. Postmodum ejusdem mem. Pius PP. IV. pariter praedecessor noster habita super his cum Fratribus suis S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, & de illorum unanimi consilio, & assensu, iisdem modis, & forma praedictis quibus idem Clemens praedecessor Literas suorum praedecessorum confirmaverat, & extenderat, ipse pariter Literas memoratas ejusdem Clementis, & aliorum praedecessorum cum eadem expressione, & extensione, & cum simili, ut praesertur, revocatione, cassatione, irritatione, & annulatione omnis auctoritatis, & facultatis dicte Sedis Legatis, etiam de Latere, aliisque praedictis super absolutionibus homicidiorum hujusmodi per eundem Pium PP. IV. ejusque praedecessores Romanos Pontifices, ac Sedem eandem sub quavis forma, & verborum expressione concessa, approbata, & innovata, necnon cum eadem, ut praesertur, voluntate, seu Decreto,

A Pio IV. confirmata, innovata, & declarata fuerunt Constitutiones Pii II. Sixti IV. & Clem. VII.

creto, si & quando similes absolutiones per eundem Pium IV. ejusque Successores, & Sedem praedictam concedi contigisset per quasdam suas Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo sexagesimo primo, octavo Idus Januarii Pontificatus sui Anno secundo expeditas Literas approbavit, & innovavit. Cumque idem Pius praedecessor accepisset, nonnullos ex Gubernatoribus, & officialibus per eum in diversis Civitatibus, terris, & locis status Ecclesiae constitutis, & deputatis forsitan suae voluntatis ignaros, aut alias, praetendere poenarum remissionem Inquisitis, bannitis, & condemnatis super homicidiis per eos pro tempore perpetratis per eos remitti, gratiam fieri, & exinde ab eis compositionem exigi posse; idcirco ad tollendum omne dubium, quod exinde oriri potuisset, & ne Gubernatores, & officiales praedicti, ac quicumque alii ignorantia ejusdem suae voluntatis, aut quovis alio praetextu in illis se intromittere praesumerent, vires distarum suarum Literarum tenores, ac si de verbo ad verbum inserta fuissent, pro expressis habens, decrevit, & declaravit, gratias, seu remissiones, aut compositiones quibusvis inquisitis, condemnatis, aut bannitis ex causa, vel occasione homicidii animo deliberato, vel casu fortuito, aut in rixa, vel quovis modo pro tempore perpetrati, pro quo poena ordinaria, vel extraordinaria imposita, vel imponenda fuisset per quoscumque in Civitatibus, terris, & locis praedictis Sedis Apostolicae Legatos, Vicelegatos, Gubernatores, vel alios officiales deputatos, & deputandos fieri in posterum nullatenus posse, & illas tantum compositiones, & gratias cum Inquisitis, condemnatis, & bannitis hujusmodi, ut supra, ab inde faciendas valere, illisque suffragari, qui habuissent supplicationes desuper sua manu signatas, & per Datarium pro tempore existentem datas, prout in cedula Motus ejus proprii subdatum sexto Kalendas Maji Anno Pontificatus ipsius quinto continetur.

A Pio V. confirmatae fuerunt Constitutiones Pii II. Sixti IV. Clem. VII. & Pii IV.

§.5. Post haec sim. mem. Pius PP. V. habita super his cum Venerabilibus Fratribus suis ejusdem S.R.E. Cardinalibus deliberatione matura, ac de illorum unanimi consilio, & assensu inter caetera ibidem per ipsum Decreta, & sancita, singulas praedictorum Pii II., Sixti, Clementis, & Pii, & aliorum praedecessorum Literas, cum omnibus, & singulis, quos ille concernebant penitus, ac sub ibi relatis per contrafacientes irremissibiliter incurrendis poenis, observari voluit, & decrevit, & alias prout in ipsius Pii V. praedecessoris desuper Anno Incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, tertio nonas Julii Pontificatus sui Anno primo emanatis Literis, quarum, & praefatarum eorundem Pii II. Sixti, Clementis, & Pii IV. praedecessorum Literarum, & cedula tenores praesentibus pro plene, & sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis haberi volumus, uberius continetur.

Ab haec Pontificis constituta, innovata, & ampliantur omnes praedictae Constitutiones, necnon in parte derogantur.

§.6. Nunc vero Nos nequitia hujusmodi salubriter reprimendis, ne criminoforum invalescat praesumptio, illorumque perversitas quoquo modo remaneat impunita, quin ultrice Justitia perpetuo retundatur, sedulo intendentes, ac in simili quieti, & tranquillitati praefatorum nostrorum, & ejusdem Sedis in temporalibus Subditorum, necnon majori Justitiae officialium

securitati, ac ejusdem Justitiae liberiori exercitio providere volentes, Motu proprio, ex certa scientia, & matura deliberatione nostris, deque Apostolicae potestatis plenitudine, singulas eorundem Pii II. Sixti, Clementis, & Pii IV., & Pii V. praedecessorum Literas hujusmodi cum omnibus, & singulis, quae praemissa, & infra scripta concernunt, & concernere possunt, tenore praesentium approbamus, confirmamus, & innovamus, illisque perpetuum, & inviolabilis firmitatis robur adijcimus, ac ab omnibus, & singulis, quos illae concernunt, penitus, & sub inibi contentis per contrafacientes irremissibiliter incurrendis poenis, & censuris, & cum omnibus inibi decretis, & sancitis observari volumus, atque decernimus, firmis, & in suo robore, & statu remanentibus caeteris in iisdem Literis, statutis, sancitis, & decretis.

§.7. Nihilominus haecenus Inquisitos, processatos, condemnatos, aut bannitos, sive uti principales, sive uti mandantes, vel Mandatarios, sive uti complices, aut auxilium, vel consilium, vel favorem praestantes ex causa, vel occasione homicidii pro qua poena ordinaria, vel extraordinaria imposita fuerit, vel erit, seu imponenda foret, & quos quibuscumque futuris temporibus similiter inquiri, processari, condemnari, seu banniri contigerit ubilibet in quibuscumque Civitatibus, terris, & locis nobis, & Sanctae Sedi mediate, & immediate subiectis, comprehensis etiam quatuor Legationibus, & Civitatibus Bononien. Ferrarien. Beneventana, aliisque etiam specialem, & individua expressionem, & nominationem requirentibus, nullo unquam tempore, vel modo ex aliqua gratia, seu compositione, vel per viam cassationis, processus, remitti, seu quoquo modo gratiose rebanniri, habitari, seu dispensari, minusquam illis aliquem saluum conductum praeterquam pro vero, reali, & necessario servitio Justitiae, & tunc pro eo dumtaxat tempore, quod hujusmodi servitio congruat, concedi per quoscumque locorum, & Civitatum Gubernatores, & Justitiae officiales, Provincialium Rectores dicte Romanae Ecclesiae in temporalibus Vicarios, & quoscumque alios quantumvis specialem, & individua nota dignos, ac etiam ipsos de Latere Legatos, salva tamen quoad eosdem Legatos infra scripta distinctione, seu moderatione, etiam pace ab haeredibus, vel Consanguineis, aut filiis occisi habita, sine nostro, & Romanorum Pontificum pro tempore existentium speciali mandato, omnino prohibemus, ita tamen, ut pro hujusmodi mandato certa, seu praecisa forma non requiratur, prout in superius relatis literis, quibus, in hac parte opportune derogamus, & derogatum esse volumus, cavebatur, sed quocumque legitimo modo illud apparere, seu probari sufficiat.

Redditur Mistris facultas concedendi Salvi conducti in uao casu.

Qui probandum speciale mandatum Rom. Pontificis.

In concessione facultatum servari debet hujus Constitutionis forma.

§.8. Ad haec omnes, & quilibet facultates quibuscumque locorum, & Civitatum Gubernatoribus, Justitiae officialibus, Provincialium Rectores, dicte Romanae Ecclesiae Vicariis in temporalibus, & quibuscumque aliis quantumvis specialem, & individua nota dignis, ac etiam ipsis de Latere Legatis, salva tamen quo ad eosdem Legatos infra scripta distinctione, seu moderatione super hujusmodi gratiarum, compositionum, cassationum, processuum, remissionum, habilitationum, dispensationum, & sal-

vorum conductum concessione, etiam per Nos, & predecessores nostros, ac Sedem eandem sub quavis forma, & verborum amplitudine concessas, innovatas, & approbatas, omnino revocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, & pro revocatis, cassatis, irritatis, & nullis, ac si concessa non fuissent, haberi volumus, & decernimus, & quascumque facultates, si quas in posterum concedi contigerit, servari hujus nostre Congregationis formam intelligi, & observari debere omnino volumus, & mandamus.

Conceditur Cardinalibus de Latere Legatis facultas extra casum præmeditati homicidii.

§.9. Verum quia in relictis predecessorum nostrorum Literis ceteris omnibus officialibus, & personis præfatis aequè, ac ipsis de Latere-Legatis hujusmodi gratiæ, & actus indistinctè prohibentur, omniumque facultates pariformiter revocantur, si de homicidiis animo deliberato, sive casu fortuito, vel in rixa, vel alio quovis modo patris agatur; Nos eximiam Legatorum de Latere S.R.E. Cardinalium dignitatem præ oculis habentes, eosque facultatibus ea, qua decet circumspectione, usuros esse sperantes, præfatas Constitutiones moderari, illasque, & presentem Nostram Sanctionem quoad presentes, & pro tempore existentes de Latere-Legatos ejusdem Romanæ Ecclesiæ Cardinales locum habere decernimus pro homicidiis animo doloso, & præmeditato commissis, iisdemque de Latere-Legatis, ut sibi concessis, seu concedendis facultatibus, quos Nos juxta præscriptam in iisdem præsentibus formam, etiam harum serie opportune concedimus, quoad gratias, & actus prædictos uti possint, & valeant, quotiescumque de homicidiis casu fortuito, vel rixa, seu alias similiter sine dolo, & præmeditatione commissis agi contigerit, iisdemque Constitutionibus in hac parte amplissime derogamus, & opportune derogatum esse volumus, & mandamus, firmis tamen, & in suo robore quoad quoscumque alios remanentibus omnibus, & singulis, quæ in præfatis, & præsentibus Constitutionibus, quoad omnia homicidia, etiam in rixa, vel casu fortuito, vel alias commissis, statuuntur, & decernuntur.

Extendantur prædictæ Constitutiones ad offensores Ministrorum justitiarum, pariter querelantis, vel Testium.

§.10. Volentes præterea Delinquentibus, eorumve fautoribus occasione tum homicidiorum, tum aliorum delictorum ansam eo magis amputare, ne Curia, & Fisco eosdem inquirendi, & processandi, condemnandi, bannendi, & quoscumque Justitiæ actus explendi impedimentum præbeant, & e converso Nuncios, Birruarios, Notarios, Promotores, seu Procuratores Fiscales, Judices, ceterosque Justitiæ officiales, & Ministros ad eorum operam attentius navigandam, ac querelantes ad operam Justitiæ tutius implorandam, & Testes ad veritatem liberius propalendam spe, & præsidio majoris securitatis excitare, præfatas, & præsentem nostram Constitutiones sic extendimus, & respectivè locum habere mandamus, ut omnes, & quicumque in poenam ultimi supplicii, vel ad Triremes perpetuo condemnari, ex causa præfatorum Justitiæ Ministrorum, & officialium, & quibuscumque aliis speciali, & individua nota dignis, & nec ab ipsismet de Latere-Legatis S.R.E. Cardinalibus remitti, seu ullam ex gratiis, & actibus superius expressis, minusque aliquem salvum

conductum, præterquam pro vero, reali, & necessario servitio Justitiæ, & tunc pro eodumtaxat tempore, quod hujusmodi servitio congruat, sine expresso, ut præfertur nostro, seu Romani Pontificis pro tempore existentis mandato, obtinere ullatenus possint, & valeant, omnesque, & quascumque facultates quoquo modo concessas, quæ præsentibus adveherentur penitus, & omnino, ut præfertur, revocamus, & annullamus, istoque casu, & ad hunc effectum, ut indicis ad transmittendam inquisitionem sufficientibus ex processu resultantibus, Judices ad quos spectat, servatis solitis terminis ad condemnationem delinquentium hujusmodi expedite procedere teneantur, omnino volumus, & decernimus.

Clausula.

§.11. Mandantes hujusmodi nostram Constitutionem, ac omnia, & singula in ea contenta, per quoscumque etiam speciali nota dignos inviolabiliter observari, sub omnibus censuris, & poenis, quæ in superius relictis predecessorum nostrorum Literis imponuntur, & continentur; sicque, & non aliter in præmissis per quoscumque Judices tam Ordinarios, quam Delegatos quavis auctoritate fungentes, etiam S.R.E. Cardinales, etiam de Latere-Legatos, sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter judicandi, & interpretandi facultate, judicari, & definiti debere; irritum quoque, & inane, quidquid secus super omnibus, & singulis præmissis, vel circa ea a quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§.12. Non obstantibus præmissis, & aliis Constitutionibus, & Ordinationibus Apostolicis, quibuscumque consuetudinibus, ac omnibus, & singulis illis, quæ disti predecessores in præfatis eorum Literis voluerunt non obstat, aut si aliquibus communitè, vel divisim ab eadem sit Sede indultum, quod interdicti, suspendi, vel excommunicari non possint per Literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de Indulto hujusmodi mentionem, & quibuscumque aliis privilegiis, facultatibus, Indultis, & Literis Apostolicis, etiam Motu proprio sub quibuscumque tenoribus, & formis, & cum quibusvis casualis, & Decretis in genere, vel in specie, & alias quomodolibet per predecessores nostros Romanos Pontifices, ac etiam Nos concessis, innovatis, & approbatis. Quibus omnibus, & singulis, etiam pro illorum sufficienti derogatione de illis, eorumque totis tenoribus specialis, specificæ, individua, & expressa, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores hujusmodi ac si de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, ac forma in illis tradita, observata, inserti forent, eisdem præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & insertis habentes ad effectum præsentium, illis alias in suo robore permanens, hac vice dumtaxat harum serie derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.13. Volumus autem quod lapsis viginti diebus, postquam presentes Valvis Ecclesiæ Lateranensis, & Basilicæ Principis Apostolorum, & in Acie Campi Floræ de Urbe per aliquem ex nostris Curforibus affixæ, & publicatæ fuerint, omnes, & singulos, tam in Urbe, quam in statu præ-

præfatis existentes perinde obligent, & arctent, ac si unicuique eorum personaliter, & nominatim intimatè fuissent. Quodque earum transumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo alicujus personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, eadem prorsus fides in Judicio, & extra adhibeatur, quæ eisdemmet præsentibus, si exhibitæ, vel ostensæ fuissent, adhiberetur.

§.14. Nulli ergo omnino hominum liceat paginam hanc nostrarum approbationis, confirmationis, innovationis, voluntatis, Decreti, prohibitionis, derogationis, revocationis, cassationis, irritationis, annulationis, mandati, concessionis, & extensionis infringere, seu ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo sexcentesimo nonagesimo secundo, septimo Idus Maji Pontificatus nostri Anno Primo.

XXIV.

Confirmatur Indulgentia Plen. Perp. in Ecclesiis Monialium Visitationis Beatæ Mariæ Virginis in festo S. Francisci Salesii.

Hæc Indulgentia concessa fuit ab Alex. VII. Consl. ed. 1666, Septem. 18.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

DUDUM fel. rec. Alexander PP. VII. predecessor noster pro peculiari sua erga Sanctum Franciscum Salesium, quem ad Omnipotentis Dei gloriam, exaltationem Catholice Fidei, & Christianæ Religionis incrementum, Sanctorum Catalogo solemnè Ritu adscriperat, devotione, omnibus utriusque sexus Christianis delibus vere poenitentibus, & confessis, ac sacra Communionis refectis, qui aliquam ex Ecclesiis Monasteriorum Monialium Ordinis Visitationis Beatæ Mariæ Virginis Immaculate a memorato Sancto Francisco instituti, tam eatenus erectorum, quam imposterum quandocumque erigendorum, & ubique existent. die festo ejusdem Sancti Francisci Salesii a primis vespèris usque ad occasum solis diei hujusmodi singulis annis devote visitassent, & ibi pro Christianorum Principum concordia, hæresum extirpatione, ac Sanctæ Matris Ecclesiæ exaltatione piæ ad Deum preces effudissent, plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam, & remissionem misericorditer in Domino concessit, & alias prout in ejusdem Alexandri predecessoris literis desuper in simili forma Brevis die 18. Septembris 1666. expeditis, quas perpetuis futuris temporibus valere voluit, & quarum tenorem præsentibus pro plene, & sufficienter expresso, & inserto haberi volumus, uberius continetur.

Prædictæ Indulgentia concessa fuit visitantibus Ecclesiis d. Monialium.

Processus Superiorum.

§.1. Nunc autem Nos supplicationibus dilectæ in Christo filiæ modernæ Superiorissæ Monasterii Monialium ipsius Sancti Francisci Salesii de Urbe nomine nobis super hoc humiliter portatis inclinatis, Indulgentiam a memorato Ale-

xandro predecessore, sicut præmittitur, in perpetuum concessam, ac desuper expeditas ejus literas præfatas, auctoritate Apostolica tenore præsentium itidem perpetuo approbamus, & confirmamus, illisque inviolabilis Apostolicæ firmitatis robur adjicimus. In contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque.

Confirmatio præfata Indulg.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem, sub Annulo Piscatoris die II. Junii MDCXCII, Pontif. nostri Anno Primo.

XXV.

Confirmantur Constitutiones Congregationis Presbyterorum Secularium SSmæ Trinitatis Peregrinorum, & Convalescentium de Urbe.

Dat. 3. Junii 1692. An. 1.

Ab Innoc. XI. Consl. ed. 1684, Nov. 15, P. 9. confirmate fuerunt Constitutiones Presbyterorum Sancti Josephi de Urbe. Et hujus Pontificis Consl. ed. 1692, Jun. 21, P. 1. Constitutiones Presbyterorum S. Lucie Bononiæ.

INNOCENTIUS PAPA XII.

Ad perpetuam rei memoriam.

EX debito Pastoralis officii, quo Catholice Ecclesiæ regimini Divina dispositione præsidemus, ad ea, quæ Christianæ charitatis, atque pietatis opera ubique locorum, & præsertim in hac Alma Urbe nostra, ex qua bonorum operum exempla in omnes Christiani Orbis partes assidue promanant, modis congruis promoventur, favorabiliter intendentes, Congregationes Christianissimorum in fortem Domini vocatorum, laudabiliter in id ipsum incumbentes paterno favore libenter prosequimur, & illis, quæ pro felici earum regimine, & gubernio, provide prudenterque constituta esse noscuntur, ut firma semper atque illibata persistant, Apostolici muniminis adjungimus firmitatem.

Exordium.

§.1. Exponi siquidem nobis nuper fecerunt dilecti filii Superior, & Presbyteri Congregationis Presbyterorum secularium in Ecclesia Sanctissimæ Trinitatis Peregrinorum, & Convalescentium de Urbe præfata instituta, quod alias pro felici ipsorum Exponentium, & Congregationis hujusmodi directione a quondam Mariano Socino, dum vixit, Presbytero seculari Congregationis Oratorii Sancti Philippi Neri de eadem Urbe formata, seu compilata fuerunt nonnullæ Constitutiones tenoris, qui sequitur, videlicet:

A quo condite fuerint sequentes Constitutiones.

Costituzioni della Congregazione de' Sacerdoti dell' Arciconfraternità della Santissima Trinità de' Pellegrini, e Convalescenti di Roma.

FINE DELL' ISTITUTO.

Il fine, che devono avere li Sacerdoti chiamati a questa Congregazione, si riduce principalmente a due capi, che sono; primo l'acquisto della propria perfezione; secondo la cooperazione al bene spirituale de' Prossimi. E per la conservazione di questi due sublimi fini dovrà ciascun Sacerdote coltivare seriamente un vero spirito Ecclesiastico, ed una fedele osservanza delle presenti Constitutioni, come istromento della propria, ed altrui perfezione, ac-